

Stephani ratione bonorum per eos in Territorio, Comitatu, & Districtu dictae Civitatis possessorum subsidium ad decennium, modo, & forma in decreto dicti Afcanii Episcopi, & Nuncii praescriptis, & juxta illius tenorem conferre; ac Officiales, & deputati praedicti subsidium hujusmodi eodem decennio durante libera, & tuta conscientia exigere possent, omnesque de Clero tam seculari, quam regulari, personaeque ecclesiasticae, & exemptae, ac Milites Sancti Stephani ratione bonorum, ut praefertur, per eos, & quemlibet eorum possessorum ad solutionem dicti subsidii cogi, & compelli valerent, dicta auctoritate concessit, & decrevit; subinde vero decennium ab eo concessum hujusmodi ad aliud decennium a fine ipsius concessi decennii computandum extendit, & prorogavit, seu de novo concessit, prout in ejusdem Pauli Praedecessoris desuper in simili forma Brevis sub die 21. Augusti 1590., & die 10. Octobris 1619. expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§.2. Et postmodum pro parte dilecti filii Nobilis Viri Ferdinandi Hetruriae sibi subiectae Magni Ducis Nobis exposito, quod causa, propter quas praemissa concessa, & decreta fuerant, etiam tunc vigeant, & propterea decennium ultimo loco concessum hujusmodi ad aliud Nobis beneficium tempus extendi, & ampliari summopere desiderabat;

§.3. Nos Ferdinandi Magni Ducis hujusmodi supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Quod Clerus tam secularis, quam regularis, personaeque ecclesiasticae, & exemptae, ac Milites Sancti Stephani ratione bonorum per eos in Territorio, Comitatu, & Districtu dictae Civitatis possessorum subsidium ad decennium a fine decennii ultimo loco concessi hujusmodi computan. modo, & forma in decreto dicti Afcanii Episcopi, & Nuncii descriptis, & juxta illius tenorem conferre, ac Officiales, & Deputati praedicti subsidium hujusmodi decennio per Nos concessio durante libera, & tuta conscientia exigere possent, omnesque de Clero tam seculari, quam regulari, personaeque ecclesiasticae, & exemptae, ac Milites Sancti Stephani ratione bonorum per eos, ut praefertur, & eorum quemlibet possessorum ad solutionem dicti subsidii cogi, & compelli valerent, auctoritate praedicta similiter concessimus, & decrevimus.

§.4. Volumus autem, quod juxta dicti decreti tenorem Clerus, ecclesiasticaeque personae, & Milites praedicti ad aliquas expensas Ministris dicti Officii, eorumque Cancellariae ordinarias, vel extraordinarias nullo modo tenerentur; quodque exactio subsidii praedicti per Vicarium pro tempore existentem Archiepiscopi Pisan., ejusque Curiae tantum, apostolica auctoritate, fieret, & dictis Officialibus, seu Deputatis consignaretur; Qui quidem Offi-

Urbanus illud extendit ad aliud decennium.

Nonnulli ad adjecerat leges ipsi Ecclesiasticis favorabiles.

ciales, seu Deputati, eorumque Ministri libros rationum, & computorum dicto Vicario, ac Archidiacono Ecclesiae Pisan., necnon Priori Domus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Pisan. similiter pro tempore existen., seu saltem duobus ex illis, quorum alter semper esset dictus Prior, exhibere tenerentur; Ex quibus subsidium per dictos Clerum, & alios, ut supra, contribuendum dignosci, comprehendique posset, pro exactioe contra eos, ut praefertur, facien., prout pariter in nostris in eadem forma brevis sub die 3. Februarii 1629. desuper expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§.5. Cum autem, sicut idem Ferdinandus magnus Dux Nobis nuper exponi fecit, causa, propter quas praemissa concessa, & decreta sunt, de praesenti etiam vigeant, & propterea decennium ultimo loco concessum hujusmodi, cujus finis, ut asserit, instat, ad aliud Nobis beneficium tempus extendi, & ampliari summopere desideret.

§.6. Nos ejusdem Ferdinandi Magni Ducis hujusmodi supplicationibus Nobis denuo super hoc humiliter porrectis inclinatis; Quod Clerus tam secularis, quam regularis, personaeque ecclesiasticae, & exemptae, ac Milites Sancti Stephani ratione bonorum per eos in Territorio, Comitatu, & Districtu dictae Civitatis possessorum subsidium ad decennium a fine decennii ultimo loco per nos concessi hujusmodi computan. modo, & forma in decreto dicti Afcanii Episcopi, & Nuncii descriptis, & juxta illius tenorem conferre, ac Officiales, & deputati praedicti subsidium hujusmodi decennio per praesentes concessio durante libera, & tuta conscientia exigere possint, omnesque de Clero tam seculari, quam regulari, personaeque ecclesiasticae, & exemptae, ac Milites Sancti Stephani ratione bonorum per eos, ut praefertur, & eorum quemlibet possessorum ad solutionem dicti subsidii cogi, & compelli valeant, auctoritate praedicta, tenore praesentium, similiter concedimus, & decernimus.

§.7. Volumus autem, quod juxta dicti decreti tenorem Clerus, ecclesiasticaeque personae, & Milites praedicti ad aliquas expensas Ministris dicti Officii, eorumque Cancellariae ordinarias, vel extraordinarias nullo modo teneantur: quodque exactio subsidii praefati per Vicarium pro tempore existentem Archiepiscopi Pisan., ejusque Curiae tantum, apostolica auctoritate fiat, & dictis Officialibus, seu Deputatis, eorumque Ministris libros rationum, & computorum dicto Vicario, ac Archidiacono Ecclesiae Pisan., necnon Priori Domus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Pisan. similiter pro tempore existen., seu saltem duobus ex illis, quorum alter semper sit dictus Prior, exhibere teneantur, ex quibus subsidium per dictos Clerum, & alios, ut supra, contribuendum dignosci, comprehendique possit, pro exactioe contra eos, ut praefertur, facien., prout pariter in nostris in eadem forma brevis sub die 3. Februarii 1629. desuper expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Ferdinandus Dux decennium extendi peti.

Annuis Pontificis.

Lataeque renovat leges.

exhibere teneantur, ex quibus subsidium per dictos Clerum, & alios, ut supra, contribuendum dignosci, comprehendique possit, pro exactioe contra eos, ut praefertur, facien.

§.6. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis literis concessa sunt, non obtare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vigesima octava Januarii 1639. Pontificatus nostri Anno Decimosexto.

D X C V I.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Cavetur, ne quis quidquam dare, seu promittere possit cuivis personae ad effectum consequendi Affictus, & Subaffictus Vallium Comacensium, aut alicujus illarum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Causae facien- de prohibito nis.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Conductorum Vallium Comaclen. Nobis expositum fuit, quod licet alias Nos in novissimo earumdem Vallium affictu mandaverimus, ut unica dumtaxat illarum partis cuivis ex subconductoribus dari, quodque commodum, & utilitas portionum subconductorum hujusmodi nec dari, nec promitti cuiquam etiam Civi Comaclen. respective possent sub amissionis portionum hujusmodi subconductoribus, Conductoribus autem 500. scutorum, & aliis etiam corporalibus poenis arbitrio pro tempore existentis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis in Civitate, & Statu nostris Ferrarientis, & Sedis Apostolicae de latere Legati infingendis; Nihilominus ipsi conductores continuo a diversis etiam auctoritate pollentibus personis coguntur dare, concedere, & promittere dictas portiones personis suppositis, & fictis, quae illarum lucra aliis participant, aut illas per alios exercent, vel emendicatis, emptitiisque favoribus ipsos conductores ad portiones praedictas subconducendas adstringi curant sublata hinc artibus libertate ipsis conductoribus portiones ipsas personis habilibus, benemeritis, & dignis juxta formam capitulorum affictus hujusmodi sublocandi, vel alias conductores praedicti contra capitula praedicta, & eorum voluntatem, & arbitrium facere compelluntur; Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Prohibicio, de qua in Rubr.

§.2. Nos igitur eorumdem exponentium indemitati, quantum cum Domino possimus, benigne consulere, ipsosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensio-

nis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac edictum alias a dilecto filio nostro Francisco tituli Sancti Marcelli Presbytero Cardinale Sancti Marcelli nuncupato tunc in eisdem Civitate, & Statu nostro, & Sedis Apostolicae de latere Legato desuper publicatum innovantes hujusmodi supplicationibus inclinatis; Quod de cetero nullus cujuscumque status, gradus, officii, dignitatis, praerogativa, seu conditionis existat, etiam si de illo specialis, specifica, & individua mentio, aut expressio habenda foret, aut sub generali verborum expressione non veniret, nec venire, minusque comprehendi praetenderetur, per se, vel alios mediate, vel immediate, quomodocumque directe, vel indirecte, remotis interpretatione, & praetextu quibuscumque, quamlibet pecuniarum summam, aut aliud quodcumque ad effectum affictus, & subaffictus participationes, lucra, aut interesse dictarum Vallium, aut alicujus illarum in toto, vel in parte consequen. dare, donare, cedere, concedere, remittere, promittere, capere, seu recipere, dare, seu recipere, intentionem, vel promissionem dandi, minusque obtinen., seu interponen. favores, auctoritatem, preces, vel minas, aut quomodolibet praedictis rebus obtentis, & factis per viam dationis, promissionis, remunerationis, donationis, aut receptionis per se, vel alios, ut praefertur, uti, comprehensis etiam promissionibus, & rebus, quibus supra, vel in illis portionibus, aut illarum partibus propositas personas ponere, vel curare, procurare, aut cooperari, ut ponantur audeat, seu praesumat, minusque suppositas personas hujusmodi, etiam sub excommunicationis latae sententiae ultra concessionis, & contractus desuper celebran. nullitatem, poena ipso facto nedum a praedictis, ac eorum singulis, sed etiam ab omnibus mediatoribus, promotoribus, sollicitatoribus, & quibusvis aliis in praemissis mediantibus promissione, & aliis modis supradictis intervenien., ac consilium, operam, vel favorem, etiam oretenus praestan. incurrenda, qua absolutionem Nobis, & Rom. Pont. pro tempore existen. semper, & dumtaxat, praeterquam tamen in articulo mortis, reservamus, apostolica auctoritate, tenore praesentium interdicimus, & prohibemus.

§.3. Et insuper volumus, & expresse declaramus, quod tam contra dantes, seu promittentes, quam recipientes, & mediatore, necnon contra ipsos conductores, & quovis alios praemissis contravenientes per viam accusationis, inquisitionis, & alio quovis modo procedi, & accusatoris, & unius testis, aut etiam unicus testis dicto quacumque alia praesumptione, seu verisimilitudine coadjuvato stari debeat.

Contra dantes promittentes &c. proco di potest etia unico teste ad libito.

Sicque

Causula.

§.4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis instrumentis, promissionibus, & aliis desuper quomodolibet factis, & faciendis, ac quatenus opus sit, quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Præsentium faciendâ publicatio.

§.6. Ut autem præmissa ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut præsentem literam in prædictis Ferrariensibus, & Comacenis Civitatibus, ut moris est in similibus, publicentur, & affigantur: quæ postquam sic affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illa concernunt, ad illarum observantiam perinde ardeant, & assiciant, ac si eisdem personaliter intimata fuissent.

Dat. die 3. Febr. 1639. An.XVI.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 3. Februarii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

DXCVII.

Ex Regis in Secret. brev.

Mandat nonnullis Episcopis Gallie, ut intra triennium nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos ejusdem Regni in eorum vita, & moribus reprehensibiles moneant, ut resipiscant.

Venerabilibus Fratribus Ebroicensibus, Saginensibus, Sironensibus, Carnotonensibus, & Meldensibus, Episcopis, & eorum cuilibet.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Causa refert nonnullor Gallicæ Episc. ad monendi.

Um, sicut Nobis nuper exponi fecit charissimus in Christo filius noster Ludovicus Francorum Rex Christianissimus, nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos Gallie, qui conditionis suæ parum memores non iis, qui Ecclesiarum Præsules decet, moribus vivant, eaque propter reprehensione, & correctione indigeant, necesse sit, redarguere, & monere, ut tamquam veri animarum Christianifidelium pastores, ovis suis se bonorum, non autem malorum operum exemplum præbeant. Nos attendentes, quam grave detrimentum saluti gregis dominici inferatur, si illi, qui sunt lux mundi, iis, quibus in omni virtute præluere deberent, ut non decet vivendo, scandali materiam, & occasionem tribuant delinquendi, Archiepiscopos, & Episcopos prædictos pro pasto-

rali nostro munere officii sui admonendos esse duximus.

Idque nonnullis aliis committit Episcopis.

§.2. Supplicationibus itaque ejusdem Ludovici Regis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis per præsentem committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum infra triennium proximum illos Archiepiscopos, & Episcopos Gallie, quos dictus Ludovicus Rex vobis indicaverit, serio ex parte nostra moneatis, ut vitam, & mores suos Episcopali Dignitati, curaque pastoralis minus congruentes mutant, & corrigant, seque non solum propriorum, sed & eorum, quæ populi pravo ipsorum exemplo commiserint, peccatorum reos in districto Dei iudicio futuros meminerint.

Dat. die 7. Febr. 1639. An.XVI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die quinta Februarii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

DXCVIII.

Contra ambientes dignitates, & officia Ordinis Sancti Hieronymi Congregationis Fesulanæ.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocatus a Deo tamquam Aaron, & a Regulari vitæ instituto valde alienum est, ut religiosi viri, quos honorum, & dignitatum gradus sanctitate vitæ, ac aliis religiosis virtutibus potius promereri, quam appetere, eosque gradus, cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptisque humiliter administrare decet, mendicatis secularium præsertim personarum studiis ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei pernicies adferri solet. Nos, qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut ecclesiastica, regularisque disciplina pristino candori restituatur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus.

Proemium.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in Ordine S. Hieronymi Congregationis Fesulanæ, professionis, & regulæ, quam professi sunt, penitus immemores, nimia dignitatum, & officiorum ecclesiasticorum in dicta Congregatione consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis ecclesiasticorum, & secularium Principum studia requirant, & a S. R. E. Cardinalibus, aliisque Prælatibus commendatitias literas, aliosque favores, & gratias propterea expetant, quibus adjuti, quos ipsi ex se promeruisse minus confidunt gradus, & dignitates in eadem Congregatione consequi valeant, sicque ejusdem Congregationis quietem, non sine animarum suarum periculo perturbant.

Causa edende hujusc. Causit.

§.2. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Congregatione, cujus prosperum regimen,

Pœne contra Ambientes.

regimen, & incrementum ad Ecclesie sanctæ utilitatem sinceris exoptamus affectibus, pro nostra pastoralis sollicitudine propellere summopere cupientes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine eos omnes, & singulos Fratres dicti Ordinis, & Congregationis, cujuscumque status, gradus, conditionis, præminentie, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cetero ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Congregationis assequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, & aliarum quarumcumque personarum tam secularium, quam ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrunt, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directis, vel indirectis, palam, vel occulte, ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, aut etiam sponte oblati, & minime conquisitis usi fuerint, illorumque complicis, & fautores ad quascumque prælaturas, dignitates, & officia gradusque honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis per eos prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce tam activa, quam passiva carere decernimus, & declaramus, atque in virtute sanctæ obedientie, ac sub excommunicationis late sententia pœna, omnibus dicti Ordinis, & Congregationis Fratribus, Superioribusque, & Prælatibus quocumque titulo munitis, etiam Priori generali, presentibusque, & futuris præcipimus, districteque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem, vel contumeliam Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam secularium, quam ecclesiasticorum extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cujusvis generis prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædictæ Congregationis promovere, vel pœnas aliquas remittere audeant, vel presument.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Congregationis contra præsentium dispositionem (quod absit) quodocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore, & esse, nullisque viribus subsistere: ac omnes, & singulos in præmissis delinquentes, nulla alia monitione

præcedente, & absque processu desuper habendo, sententias, & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illos sententias, & pœnas præmissas damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino convincendum, solas præmissarum personarum instantias, preces, & favores, etiam oretenus porrectas plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri: Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Fratribus, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab Apostolica Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Transumptis danda fides.

§.5. Ut autem harum literarum notitia ad omnes dicti Ordinis, & Congregationis Fratres facilius deveniat, volumus illas in generali Capitulo dictæ Congregationis publice legi, illasque in dicto Capitulo lectas sic arctare, ac si legitime unicuique intimata fuissent, illarumque exemplis, etiam impressis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & Prioris generalis ipsius Congregationis, vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ ob signatis eadem prorsus fidem haberi, quæ præsentibus haberetur, si eadem præsentibus exhiberentur.

Dat. die 15. Febr. 1639. An.XV.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 15. Februarii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

Facul-

In Regest. in Secret. Brev.

Facultas Cardinali ab Auria Archiepiscopo Panormitano conceditur, quoddam vestigal Ecclesiasticis secularibus, & regularibus suae Dioecesis imponendi pro dissolvendo gre alieno ejusdem Civitatis.

Dilecto filio nostro Joannettino tituli S. Petri in Monte Aureo Presbytero Cardinali ab Auria nuncupato Ecclesiae Panormitanae ex concessione apostolica Praesuli.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Referre licet alias a se datus a quibus novum vestigal etiam ab ecclesiasticis solvi, infra assuetudinibus, pecuniarum.

§.1. **A**lias a Nobis emanarunt literae circumspeditioni tuae directae tenoris sequentis videlicet: a tergo dilecto filio nostro Joannettino tituli Sancti Petri in Monte Aureo Presbytero Cardinali ab Auria nuncupato. Ecclesiae Panormitanae ex concessione, & dispensatione apostolica Praesuli. Intus vero: Urbanus Papa VIII. Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Circumspeditioni tuae, ac dilectorum filiorum Senatus, necnon Syndici, & Procuratoris Generalis Civitatis Panormi nominibus apostolatus nostro nuper expositum fuit, quod ultra maximam pecuniam summam jam plurimum 6. mil., in qua Senatus, ac Syndicus, & Procurator praedicti diversis personis tam laicis, quam ecclesiasticis obligati reperiebantur, aliud gravissimum as alienum summam sexcentorum millium scutorum excedens ob servitia inibi de annis 1624., 1625., & 1626. peccilera contagionis praestita contraxerunt, in cujus dissolutionem, cum excogitatis diversis remediis, variisque desuper initis rationibus, omnem eorum operam studiumque contulissent; nec opportuniori efficaciorique aris alieni hujusmodi extinctionem, quam infra scripto modo fieri comperissent; convocato habitoque super praemissis novo consilio unam gabellam, triginta sex tare norum monetae illarum, partium pro quolibet dolio vini in ipsa Civitate quomodolibet introducendi, ac ab incolis, & habitatoribus dictae Civitatis, & circuitus illius per unum milliarem circum circa vendendi, seu consumendi ad summam nonaginta circiter millium scutorum eorum amplius annuatim ascendentem, & exigendam, a die approbationis, sive confirmationis novi consilii hujusmodi per Pro Regem Siciliae, sive ejus Ministros faciendum imposuerunt; In qua quidem impositione Senatus, ac Syndicus, & Procurator praedicti personas ecclesiasticas nullo modo comprehenderunt, nisi eisdem Senatus, & Sindico, ac Procuratori eisdem personas comprehendendi a Nobis, & hac Sancta Sede facultas concederetur juxta Sacrorum Canonum dispositionem, remanentibus in hoc casu perso-

nis ecclesiasticis praefatis liberis, immunitibusque, & exemptis pro quantitate vini, quam pro suis, & familiarum suarum usibus consumerent; Et hujus exemptionis, sive immunitatis solutio, sive satisfactio personis ecclesiasticis praedictis per eisdem Senatum, ac Syndicum, & Procuratorem fieret, & fieri deberet, modo, & forma in exemptione gabellarum farinae, & carnis uti solitis. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut non minus ecclesiasticorum, quam laicorum communi saluti consuleretur, postremum as alienum hujusmodi ex causa peccis, ut praferuntur, contractum fuerit, & ejus dissolutioni laicorum facultates nullo modo suppetant; & propterea Senatus, ac Syndicus, & Procurator praedicti, etiam personas ecclesiasticas ad ejusdem gabellae solutionem, auctoritate nostra teneri summopere desiderant; Nobisque etiam illorum nomine humiliter supplicari fecerint, ut personarum Civitatis, & circuitus praedictorum miserias, atque calamitates commiserantes in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos eximiorum circumspeditionis tuae in Nos, & hanc Sanctam Sedem fidei, & devotionis meritorum, necnon peculiaris, quo gregem tibi commissum prosequeris, charitatis affectus condignam rationem habentes, ipsosque Senatum, Syndicum, & Procuratorem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus circumspeditionis tuae nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem circumspeditioni tuae per praesentes injungimus, ut constito tibi de narratis, & dummodo in primis, & ante omnia ad id Clericos tam seculares, quam regulares ejusdem Civitatis, & circuitus accedat assensus, personas ecclesiasticas tam seculares quam cujusvis Ordinis regulares utriusque sexus Civitatis, ejusque circuitus per unum milliarem circum circa ad solutionem dictae gabellae triginta sex tare norum pro quolibet dolio vini, ut praefertur, ad octo annos proximos dumtaxat a dicto die approbationis, sive confirmationis novi consilii hujusmodi computandis, & non ultra teneri, & obligatos esse auctoritate nostra decernas; ea tamen lege, & conditione, ut Senatus, & Syndicus, & Procurator praefati quotannis realiter, & cum effectu restituant personis ecclesiasticis eam pecuniarum quantitatem, quam importabit gabella pro rata quantitatis vini, quam pro suis, & familiarum suarum usibus, ac cultu divini servitio consumunt, & consumi solent; quodque omne illud, quod ex pra-

dicta gabella deducto, eo quod restituendum erit ecclesiasticis, ut praefertur, percipietur, omnino cedat, & infumatur in extinctionem debitorum ex supra dicta causa postea contractorum, & non in alios usus, alioquin in eventum contradictionis praemissorum, vel alicujus eorum, praesens gratia nulla sit eo ipso; necnon quoscumque ecclesiasticos praedictos solvere recusantes opportunis juris, & facti remediis juxta praesentium literarum continentiam, & tenorem, & non alias auctoritate nostra cogas. Decernentes etiam praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si fecus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus apostolicis, & in universalibus, provincialibusque, ac synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, Ecclesiarum, Monasteriorum, & Locorum piorum Civitatis ejusque districtus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis; eorumque personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentium pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1634. Pontificatus nostri Anno XII.

§.2. Cum autem, sicut ejusdem circumspeditionis tuae, ac Senatus, necnon Syndici, & Procuratoris generalis praedictorum nominibus Nobis nuper expositum fuit, dicta gabella triginta sex tare norum pro quolibet dolio vini in dictam Civitatem Panormitanam quomodolibet introducendi, ac ab incolis, & habitatoribus dictae Civitatis, & circuitus illius per unum milliarem circum circa vendendi, seu consumendi imposita, ut praefertur, dissolutioni tam gravis aris alieni, ac interusurii, quod ejus ratione solum fuit, & etiam nunc solvitur, non suffecerit; ipsique Senatus, & Syndicus, ac Procurator, Civitate praedicta aere alieno alias ob causas urgentes, & necessarias contracto, nec non aliarum gabellarum, quas laici non solum pro vino, carne, & farina, verum etiam super nive, aliisque cibariis solvant, impositionibus gravata primodictum as alienum dissolvere non potuerit, mensa-

Quod tamen cum pro dissolvendo alieno aere imparetur;

nummularia dictae Civitatis magno Civium ejus, majorisque partis incolarum Regni Siciliae tam laicorum, quam ecclesiasticorum detrimento defecit; Senatus, vero, Syndicus, & Procurator praedicti mensam nummulariam hujusmodi in pristinum statum restituere cupientes, ut illius creditores summas sibi debitas realiter, & in pecunia numerata consequerentur, adhibitis propterea variis diligentibus, tandem convocato die 13. Februarii 1638. proximi praeteriti publico consilio, aliam gabellam duorum scutorum praeter supra dictam triginta sex tare norum, seu trium scutorum similibus, quae ad praesens solvitur, itaut in totum quinque scuta solvantur pro quolibet dolio vini in dictam Civitatem quomodolibet introducendi, ac ab incolis, & habitatoribus dictae Civitatis, & circuitus illius per unum milliarem circum circa vendendi, seu consumendi, abolita, & extincta alia gabella 23. tare norum, & gran. 10. pro quolibet dolio vini aliunde, quam ex territoriis dictae Civitatis introducendi, imposuerunt. In qua quidem impositione Senatus, ac Syndicus, & Procurator praedicti personas ecclesiasticas nullo modo comprehenderunt, nisi eisdem Senatui, & Sindico, & Procuratori eisdem personas comprehendendi a Nobis, & Sede praedicta facultas concederetur juxta Sacrorum Canonum dispositionem; remanentibus in hoc casu personis ecclesiasticis praedictis liberis, immunitibus, & exemptis pro quantitate vini, quam pro suis, & familiarum suarum usibus consumerent, etiam hujus exemptionis, sive immunitatis solutio, seu satisfactio personis ecclesiasticis praedictis per eisdem Senatum, & Syndicum, & Procuratorem fieret, & fieri deberet modo, & forma in exemptione gabellarum farinae, & carnis.

§.3. Cumque, sicut eadem expositio subjungebat, facultates laicorum dissolutioni aris alieni hujusmodi ex causa peccis, ut praefertur, contracti non suppetant; Et propterea Senatus, & Syndicus, & Procurator praedicti etiam personas ecclesiasticas ad dicta duorum scutorum gabellae solutionem auctoritate nostra teneri summopere desiderant; Nobisque etiam illorum nomine denuo humiliter supplicari feceris, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur;

§.4. Nos eximiorum circumspeditionis tuae in nos, & Sanctam Sedem praedictam, fidei, & devotionis meritorum, necnon peculiaris, quo gregem tibi commissum prosequeris, affectus condignam rationem habentes, ipsosque Senatum, & Syndicum, & Procuratorem amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie

Dilectum vestigal regendum Senatus Panormitanae, etc.

Illudque ab ecclesiasticis, quoque solvi debere peccis.

Urbanus Praesul ecclesiasticas Cardinales ab Auria concedit augmentum hujusmodi, etiam ecclesiasticis imponendi.

Adhibitis tamen conditionibus, que hic recentur.

ferie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, circumspeditioni tue per presentes injungimus, ut constito tibi de narratis, quodque conditiones in preinsertis nostris literis appositae, praesertim circa infumptionem totius illius, quod ex praedicta triginta sex renorum gabella, deducto eo quod restituendum erat ecclesiasticis, ut praesertim perceptum fuit, in extinctionem debitorum ex supra dicta causa pestis contractorum adimpleta fuerint, ac quod Senatus, ac Syndicus, & Procurator praedicti quotannis realiter, & cum effectu restituerint seu remiserint personis ecclesiasticis eam pecuniarum quantitatem, quam importavit dicta gabella pro rata quantitatis vini, quam pro suis, & familiarum suarum usibus, ac cultus divini servitio consumpserunt, & dummodo in primis, & ante omnia ad id Cleri tam secularis, quam regularis ejusdem Civitatis, & circuitus accedat assensus, personas ecclesiasticas tam seculares, quam cujusvis Ordinis regulares utriusque sexus dictae Civitatis, ejusque circuitus per unum milliare circum circa ad solutionem dictae gabellae duorum scutorum pro quolibet dolio vini, ut praesertur, ad octo annos proximos dumtaxat a die 18. praedicti mensis Febr. anni 1638. proximi praeteriti computandos, & non ultra teneri, & obligatos esse auctoritate nostra decernas, ea tamen lege, & conditione, ut Senatus, & Syndicus, & Procurator praedicti quotannis realiter, & cum effectu restituant personis ecclesiasticis eam pecuniarum quantitatem, quam importabit dicta gabella duorum scutorum, pro rata quantitatis vini, quam pro suis, & familiarum suarum usibus, ac cultus divini servitio consumunt, & consumere solent, quodque omne illud, quod ex praedicta gabella duorum scutorum, deducto eo, quod restituendum erit ecclesiasticis, ut praesertur, percipietur, omnino cedat, & infumatur in extinctionem debitorum ex supra dicta causa pestis contractorum, & non in alios usus, alioquin in eventum contraventionis praemissorum, vel alicujus eorum praesens gratia nulla sit eo ipso, nec non quoscumque ecclesiasticos praedictos solvere reculantes opportunis juris, & facti remediis, juxta praesentium literarum continentiam, & tenorem, & non alias auctoritate praedicta cogas.

Necnon etiam Senatus a censuris absolventi, si quid ante postulationem concessionem ab ecclesiasticis accepit.

§.5. Ac Senatum, & Syndicum, & Procuratorem praedictos, eorumque Officiales, & Ministros, & eorum singulos, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis per eos, & eorum quemlibet, eo quod gabellam duorum scutorum, ut praesertur, impositam, etiam ab Ecclesiis, & ecclesiasticis personis, dictae Civitatis, eiusque districtus, antequam nostra, & dictae Apostolicae Sedis licentia desuper accederet, exegerunt, seu exigere fecerunt, respective incurris, imposita ipsi arbitrio tuo poenitentia salutari, eadem

dem auctoritate absolvas, & totaliter libereres, dictasque poenas eis, & eorum cuilibet gratiose remittas, & condones.

§.6. Decernentes etiam praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus omnibus illis, que in praesentis literis nostris volumus non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris, die 4. Martii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

DC.

Moniales Reformatae Sanctae Mariae Aegyptiacae Neapolitan. jurisdictioni, & correctioni pro tempore existentis Nuncii Apostolici subiciuntur.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Cum, sicut dilecte in Christo filiae Moniales Reformatae Monasterii Monialium S. Mariae Aegyptiacae Neapolitan. S. Clarae, seu alterius Ordinis Nobis auper exponi fecerunt, ipsae jurisdictioni dilecti filii nostri, & Sedis Apostolicae in Regno Neapolis pro tempore existentis Nuncii, prout antequam Reformationem amplecterentur, subesse, sibi, quod propterea in praemissis opportune ut infra providere summopere desiderent;

§.2. Nos easdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, Moniales Reformatas S. Mariae Aegyptiacae Neapolitan. praefatas jurisdictioni, & correctioni pro tempore existentis in eodem Regno Nuncii Apostolici, prout aliae Moniales S. Mariae Aegyptiacae non Reformatae subiciuntur, apostolica auctoritate, tenore praesentium subicimus.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Monasterii, & Ordinis hujusmodi etiam juramento,

Clausulas apponit.

Obstantibus derogat.

Dat. die 4. Martii 1639. An. XVI.

Ex Regest. in Secret. brev.

Expositio Monialium.

Quat Pontifex fuit Jurisdictioni Nuncii pro tempore.

Contrariis derogat.

mento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris, die 22. Martii 1639. Pontificatus nostri Anno XVI.

DCI.

Confirmatio Capitulum Camerae Apostolicae Anno 1562. editorum, & a Pio Quarto confirmatorum pro felici, & celeri mercium per Tyberim in Urbem subvectione.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Quamvis ad ubertatem in Alma Urbe nostra conservandam, & augendam, ac pro facili, & celeri mercium per Tyberim in eadem Urbe aditu, & subvectione, alias de anno 1562. fuerint in Camera Apostolica facta, & edita nonnulla Capitula, seu Decreta, & Ordinationes, quae, & quas etiam Mercatores Ripales acceptarunt, perpetuo inviolabiliter observanda, & observanda, quae etiam per sel. rec. Pium PP. IV. Praedecessorem nostrum confirmata fuerunt;

§.1. Nihilominus quoniam, ut accepimus, circa illa, & illas multi irreperunt abusus, & inobservantiae: idcirco, ut illi, & illae e medio tollantur, dictaque Capitula, seu Decreta, & Ordinationes inconcussae serventur, providere volentes, etiam ad praesens Ecclesiae Officium, & Veliternum. Pastoris solatio destituta sint, motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine eadem Capitula, Decreta, & Ordinationes in calce praesentium nostrarum literarum inserta, & insertas tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, eademque Capitula, Ordinationes, seu Decreta adversus quemcumque non usum, seu abusum, ac contrariam abrogationem quamcumque quavis auctoritate factam reponimus, & restitimus, illaque, quatenus foret opus, innovamus, perpetuisque futuris temporibus a quibuscumque Ministris, & Officialibus dictae Camerae, ac ab omnibus, & Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

singulis aliis cujuscumque status, gradus, & dignitatis conditionis, & dignitatis etiam ecclesiasticae, etiam speciali nota dignae, & praesertim a Venerabili Fratre nostro Cardinale Ostien., & Veliternum. Episcopo pro tempore existente, ejusque Ministris, & Officialibus, tam in Arce Ostiae, quam alibi residentibus, inviolabiliter sub nullitatis poena in contrarium quomodolibet factorum, & gestorum contentis, in eisdem Capitulis, seu Decretis, & Ordinationibus, aliisque etiam personalibus, & pecuniariis nostro, & Rom. Pont. Successorum nostrorum arbitrio infligendis poenis servari mandamus.

§.2. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Curiae dictae Camerae generalem, & Palatii Apostolici Auditores, ac pro tempore existentes Cardinalem Camerarium, Thesaurarium, Clericos Praesidentes, aliosque Officiales, & Ministros dictae Camerae, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, eademque praesentes Literas, ac Capitula, seu Ordinationes, aut Decreta praedicta omnes, & singulos praedictos, & quoscumque alios, quos illae, & illa quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, affici, & ad sui observantiam arctare, nullumque earum ignorantiam praetendere posse, perinde ac si unicuique eorum personaliter intimata essent, volumus, & decernimus.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Urbis, & Camerae praedictarum, & quorumvis aliorum locorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam motu simili, & consistorialiter Urbis, & locis praedictis, ac Mercatoribus, dictaque Camerae Officialibus, & Ministris, ac Cardinali Episcopo, ejusque Ministris, & Officialibus praedictis, & generaliter quibusvis personis quomodolibet nuncupatis, & qualitercumque qualificatis, etiam speciali mentione dignis, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritan. in genere, vel in specie, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum

Decretum irritans.

Derogatio contrariorum